



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia Est

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Arelate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

institueret in insula memorata, facturus de Canonicis quod crederet expedire secundum canonicam honestatem.

A R E L A T E.

A Relate Sextanorum militum sextæ legionis colonia est, ut ait Pomponius Mela, eleganterque ab Aufonio describitur his verbis:

Prodi duplex Arelas, quam Narbo Martius, & quam

Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis,

Præcipitis Rhodanis sic intercisæ fluentis,

Ut mediam facias navali ponte Plateam,

Per quam Romani commercia suscipis orbis,

Nec cohibes populosque alios, & mœnia dictas,

Gallia queis fructus, gremioque Aquitania lato.

Prudentius Peristephanum:

39 & Rap. Mass. descr. Francia
Teque præpollens Arelas habebit
Sancte Genesi.

Cujus Homeliam Patiens Lug-
dunensis Episcopus elegantem
perscripsit. Quo præpollenti ver-
bo satis laudata ab illo excellenti
Poëta Arelas videtur. Ausonius
quoque de Mosellâ ait :

—— duplicemque per urbem
Qui meat, & dextra Rhodanus dat
nomina ripæ.

Et in Epistolis :

Utque duplex Arelas Alpina tecta
Vienna.

Narboneque par spatio sibi. &c.

Amphitheatrum urbis, quod
Arenas vocant, continet quinqu-
aginta sex arcus sive fornices : pa-
lustribus vadis, & lapidosa pluvia
abundat, vt Petrarca scribit ve-
teres sequutus. Verba ejus hæc
sunt : In Galliam trans-Alpinam,
ea que Provincia Provincie nunc
dicitur, olim Arelatensis Provin-
cia dicebatur, vno propè tempore
transvecti ambo, confestimque quibus
etas illa patitur amicitia juncti vsque
ad exitum vite duratura, præarripi-
m. Hæc Sacromauro de Pomeriis

equiti ac monacho scribit Petrar-
 cha. *Turonus* amnis urbem ipsam
 circuit, vt apparet ex constitutione
 Flavii Tyranni sub Honorio. Ergo
 verissimum est illud Cassiodori lib.
 8. Variarum; *Arelate civitas supra
 Rhodanum posita, qua in Orientis
 prospectum tabulatum pontem per
 nuncupati fluminis dorsa transmittit.*
 Postremò ab Arelate Massiliam
 quindecim Provinciales leucæ ho-
 die numerantur. Ac moneo lecto-
 res duas leges reperiri Arelate la-
 tas, l. supplices vt lite pendente
 Cod. à Constantino lata est, Severo
 & Ruffino Coss. Item l. habebat
 quis servum mercipoleariæ præpo-
 situm Arelate. Ad eandem rem pu-
 bli. Arelaten. etiam pertinet l.
 Codicillis, de usu & usufructu
 legato. ff. Ex omnibus autem Epi-
 scopis Arelatensis civitatis magni-
 facimus Trophimum, Honoratum,
 Hilarium Arelatensem, & Cæsa-
 rium scribendi gloriâ insignem,
 quorum primus fuit Trophimus.
 In homilia Cæsarii de sancto Maxi-
 mo fit mentio insulæ Lyrinensis,
 in quam hic sanctarum eximius pa-

398 Pap. Mass. descr. Francia-
rem & fraternitatem suam fugiens,
se solum ex omnibus portans in spiritu
tanquam in baculo transmissum angu-
stissimo freto, deserit Lyrinensis se-
dem, imò latebram petit; & ubi à
mundi periculis tutus, multis labori-
bus defudatis, tanquam aliam in ma-
trimonium sumpturus, & quasi anno-
rum hebdomada transacta: nam plene
septem annis ibidem Christi gregem
pavit, Rachel praefertur insula, pra-
paratur Ecclesia. In eadem homelia
paulò post: Beatus & ipse communis
pater, quem & illic Honoratus acce-
pit, & hic honor rapuit, dignus cui
primus ille fundator gubernacula Ly-
rinensis navis post se gubernanda com-
mitteret. Hilarius Arelatensis Epi-
scopus scripsit vitam Honorati,
utiturque his verbis: Ut primum
sancta hujus Arelatensis Ecclesiae re-
gimen accepit, prima ei cura concordiae
fuit, & praecipuus labor fraternitatem
calentibus adhuc de assumendo Episco-
pato studiis dissidentes mutuo amore
connectere tanquam probatus Israelis
agitator. Ad Hilarium Eucherius
postmodum futurus Lugdunensis
Episcopus, de laudibus Eremi Epi-

Holam scripsit, in qua hæc verba
 reperio. Equidem cunctis eremiticis,
 qua piorum illuminantur secessu, re-
 verentiam debeo: præcipuo tamen Le-
 rinam meam honore complector, qua
 procellosi naufragiis mundi effusus
 piissimis vlnis receperat, venientes
 ab illo seculi flagrante aestu blandè in-
 troducit sub umbras suas, ut illic spi-
 ritum sub illa interiore Domini um-
 bra anhelare resumant: aquis scatens,
 herbis virens, floribus renitens, visu-
 bus odoribusque incunda, paradysum
 possidentibus se exhibet, quam possi-
 debunt: digna qua Honorato autore
 fundata sit, qua tantis institutis tan-
 tam nacta sit patrem Apostolici spiri-
 tus vigore & vultus honore radiantem:
 digna qua illum suscipiens ita emitte-
 ret, digna qua præstantissimos alac-
 monachos, & ambiendos præferat
 sacerdotes. Hæc nunc successorem ejus
 tenet Maximum nomine clarum,
 quia post ipsum meruit adsciri. Hæc
 habuit reverendi nominis Lupum, qui
 nobis illum ex tribu Benjamin Lupum
 retulit. Hæc habuit germanum ejus
 Vincentium interno gemmam splendore
 perspicuam. Hæc nunc possidet venerabilis

Francie
 fugiens
 in spiritu
 angu-
 rinensis se-
 & ubi à
 altis labori-
 liam in ma-
 quasi anno-
 : nam plene
 isti gregem
 fula, præ-
 m homelia
 se communis
 ratus acce-
 dignus cui
 nacula Ly-
 nanda com-
 tensis Epi-
 Honorati,
 Ut primum
 Ecclesie re-
 ra concordie
 paternitatem
 endo Episcopi
 utno amore
 atus Israël
 Eucherius
 ugdunensis
 Eremi Epi-

400 Pap. Mass. descr. Francia-
lem gravitate Caprasium, veteribus
sanctis parem. Hæc nunc habet sanctos
senes illos, qui divisis cellulis Egy-
pti patres Galliis nostris intulerunt.
Quos ego illic, Jesu bone, Sancto-
rum cætus conventusque vidi?

DE VOLCIS.

Volcæ Cæsari Strabonique ge-
nerale nomen significant
continentque Tectosages, & Arc-
comices. De illis Ausonius:
*Usque in Tectosages primævo nomi-
ne Volcas.*

*Hannibal jam Rhodano propin-
quans, propè tamen quatrivari itineri
à mari cum exercitu distans transfre-
tare quàm celerrime festinabat, ut
Polybius ait lib. 3.*

Postea Livius Decadis tertie l. 1.
*Hannibal, ait, cæteris metu pacatis
aut precio jam in Volcarum pervenerat
agrum gentis valida, colunt autem cir-
ca utramque ripam Rhodani & diffusi.*
Agri arceri Pœnum posse ut flu-
men pro munimento haberent om-